

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hic subnotata continentur Vita M. Catonis

Nepos, Cornelius

Argentinae, 1505

VD16 N 522

Gedicht: Carmen Nicolai Marchetti Fanestris

[urn:nbn:de:bsz:31-309461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309461)

¶ deo charus & acceptus esses ignorares. Nunc vero ut auris
igne / sic bona animi tui hac fortunæ acerbitate sunt illustrata.
Nunc aperte intelligis: tuorum in te beniuolentiã populorum: qui
quã desiderium tui ferre nõ possent: bis excusso a ceruicibus su-
is hostium tuorum iugo: non sine magno & vite & rebus suis peri-
culo regnum tibi afferuerunt. Nunc clare cognoscis quantã tui cu-
rã deus habeat. omnipotens: qui totiens te ex tot periculis liberauit
& ne pedem offenderes inimicorum laqueos fregit. Nec tui tantum
populi benignitatẽ tuã senserunt: vergetiã externi. Quæ enim sa-
lus: amissa arce: fanestribus esse poterat: ni tuorum conceptã in eos
irã ac furorẽ continuisses. Ingenue igitur fatentur omnes se vitã / diuis-
tias / opes / patriã: & quicquid chari habent: pro te sibi esse seruata.
quod Antonius nicosantes clarissimus iuriscõsultus optime (hoc
epigrammate) testatur. Moenia quod fani superat: quod libera tellus: Quod
populus: quod res: quod manet urbis honos: Quod furor: & mortes: quod
sæua incendia cessant Inclite dux laudis: sunt monumeta tua:
Facta patris sequaris: quã prestidit ille salutẽ Reddis. libertas te
duce nostra redit Sic placitum superis: ut pendeat ordine certo: A
feretro semp semine nostra salus. Præterea quum Ludouicus O-
daxius vir eloquentissimus & utriusque linguæ doctissimus / te
hoc quicquid paratis habere mihi retulerit / ut illustrium virorum vitas
& maxime Cæsaris / libenter lectites: Sex Aurelium Victorem devi-
tis cæsarium (tuo nomine) imprimendum curauit: ut non solum apud te
principem meum unicum: vergetiã quocumque delatus fuerit: sit testis
mea in te obseruatia. Duo tamen me turbauerunt quod unicum tantum
habuerim exemplar idque in nonnullis locis mendosum: quod labori-
bus scholasticis impeditus diligenter recognoscere non potuerim
Vale dux clarissime ex urbe fanestri. iij. kal. Martij. M. D. lllj.

¶ Carmen Nicolai Marchetti Fanestris.

Nomina & imperij lateant ne stemmata lapsi
Vsq; ducem: qui nunc austria iura tenet
Abstemi effectum est studio: qui carceris atrij
Hoc opus Aureli protulit e tenebris
Huic omnis tantum Cæsar quæ sæcula debent
Nostra: quibus tot res posse videre dicatur;